UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

32. Universis, & singulis &c. Renovatio Præcepti Injuncti Communitati, & hominibus Cisternæ, ne Serenissimum Sabaudiæ Ducem, & Principem Pedemontis recognoscere audeant in supremum Dominum d. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-74859

Visual Library

nibus, noviſque gravaminibus forſan per dictum Sereniſſimum Dominum Ducem Sabaudiæ, illiuſque Miniſtros imponendis, prout latius conſtat ex iiſdem Præceptis à nobis ſub diebus 24. Julii, & ſeptimâ Auguſti currentis anni per Acta infraſcripti Secretarii Cameræ, ad quæ &c.

Vexationes ab Officialibus Ducis Sabaudiæ illatæ Communitati & hominibus Cortanſoni in Comitatu Aſtenſi ad Supremum Dominium Sedis Apoſtolicæ pertinêtis.

§. 3. Noviſſimè verò pariter ad notitiam Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Commiſſarii Cameræ deveniſſe etiam Communitatem, Homines, & Habitatores Caſtri Curtanſoni in Comitatu Aſtenſi exiſten. ſub eodem alto, & Supremo Domino Sanctæ Sedis fuiſſe de mandato ejuſdem Sereniſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, illiuſque Miniſtrorum, eamdem Communitatem, Homines, & Vaſſallos variis modis gravatos, & coactos fuiſſe ad ſolutionem taxarum Hoſpitationis militum, menſurationis eorum Territorii, aliorumque gravaminum in præjudicium Juriſdictionis, & Supremi Dominii ejuſdem Sanctæ Sedis, & propterea fuimus ex parte Illuſtriſſimi Domini Commiſſarii Cameræ requiſiti, quatenus renovationem antedicti Præcepti, etiam contra prædictos Communitatem; Homines, & Habitatores Caſtri Curtanſoni renovare velle dignaremur. Nos itaque attendentes petitionem à dicto Illuſtriſſimo Domino Commiſſario Generali Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ factam ad effectum prædictum eſſe juſtam, & omni rationi conſonam, renovationem prædicti Præcepti faciendam, & ut infra, concedendam duximus, prout de præſenti concedimus, renovamus, & omninò ſervari mandamus per præſentes. Quo circa de mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. vivæ vocis oraculo nobis deſuper facto, & auctoritate noſtri Camerariatus Officii, inhærentes etiam ſupranarratis literis Apoſtolicis Sanctitatis Suæ ſuper dd. nullitate actorum, ac cenſuris dictâ die 17. Maii 1707. publicatis, tenore præſentium, & in virtute Sanctæ Obedientiæ vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum, ac cui, ſeù quibus præſentes noſtræ oſtenſæ, ſeu præſentatæ fuerint, committimus, & ſtrictè præcipiendo mandamus, ut ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtrâ, ſeu verius Apoſtolicâ auctoritate, ſub excommunicationis, & interdicti, & aliis arbitrio Sanctitatis Suæ pœnis ipſo facto, & jure incurrendis, debeant, & ipſorum quilibet debeat prædictos Communitatem, Homines, & Incolas, & Habitatores dicti Caſtri Curtanſoni, ac ejus &c. Communitatis publicos Repræſentantes, Miniſtros, & Officiales perſonaliter, ſi eorum perſonas commodè habere poteritis, ſin minùs per affixionem præſentium noſtrarum litterarum ad valvas majoris Eccleſiæ dicti Caſtri denuò, & prout etiam aliàs factum fuit, monuiſſe, & præceptaſſe, prout nos etiam in virtute Sanctæ Obedientiæ, & de Sanctitatis ſuæ ordine, & mandato, Communitatem prædictam, ejuſque Miniſtros, ac dicti Caſtri Incolas, & alios in executione præſentium nominandos, & cognominandos præceptamus, monemus, & interpellamus, ac præceptari, moneri, & interpellari mandamus, ne ſub dicti Caſtri, ac illius membrorum, jurium, & pertinentiarum quarumcumque devolutionis, & aliis pœnis in corpore Juris, & uſibus Feudorum ac Conſtitutionibus Apoſtolicis contentis, & comminatis audeant, ſeu præſumant, aut eorum aliquis audeat, ſeu præſumat prædictum Sereniſſimum Dominum Ducem Sabaudiæ, ac Principem Pedemontis, illiuſque Cameram Ducalem in præfati Caſtri Dominum directum, & ſupremum recognoſcere, nec ullum actum recognitionis, & ſubjectionis agere, ac contributiones, ſeù alia onera ipſis imponenda perſolvere ſeu perſolvi facere, imò eandem Communitatem, ejuſque Miniſtros, alioſque in executione præſentium nominandos monemus, ac eiſdem ſub jam dictis pœnis modo prædicto præcipimus, & mandamus, ut dictum Caſtrum, illiuſque Incolas, & Habitatores, & bona omnia inibi exiſtentia immunes, & immunia, liberos, & libera, & in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conſervare, & conſervari facere, & à gravaminibus forſan per dictum Sereniſſimum Dominum Ducem, illiuſque Dominos Miniſtros ſuper dicto Feudo, Habitatoribus, & bonis quomodolibet inferendis appellare, & reclamare, ac eiſdem, & quibus opus fuerit, cenſuras contra turbantes Dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare, & notificare, ac denique de nullitate, & de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ proteſtare, & ſuper præmiſſis omnia, quæ neceſſaria forent, gerere, & executioni dmandare, ut jura Sanctæ Sedis illæſa, intacta, & immunia penitus, omninò remaneant non ſolum &c. ſed & omni &c. Datum Romæ in Camera Apoſtolicâ hac die 17. Octobris 1711.

Præceptum injunctum, ſeu renovatum Communitati, & hominibus Cortanzoni in Comitatu Aſtenſi, ne Ducem Sabaudiæ in Supremum Dominum recognoſcant nec illi Taxas perſolvant ſub pœnis &c.

Jo. B. Card. Camerarius.

Dominicus Antonius Galloſius R. C. A.
Secr. & Cancellarius.

RENOVATIO PRÆCEPTI VII.

Injuncti Communitati, & hominibus Ciſternæ, ne Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem, & Principem Pedemontis recognoſcere audeant in ſupremum Dominum D. Caſtri, nec illi ullum ſubjectionis actum præſtare, vel aliquam contributionem perſolvere in præjudicium alti, directi, & Supremi Dominii ſuper eodem Caſtro ad Sedem Apoſtolicam, & Summum Romanum Pontificem pertinentis.

Joannes Baptiſta Spinula Presbyter Cardinalis S. Cæſarei S. R. E. Camerarius.

UNiverſis, & ſingulis Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis DD. Archiepiſcopis, Epiſcopis, illorumque DD. Vicariis, nec non RR. DD. Abbatibus, Præpoſitis, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, aliiſque in Dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutis, ac quibuſvis aliis Curiarum Eccleſiaſticarum Officialibus, Miniſtris, & Executoribus, illique, vel illis, ac cui, ſeu quibus præſentes noſtræ oſtenſæ, ſeu aliàs quomodolibet præſentatæ fuerint, ſalutem in Domino ſempiternam.

§. 1. Noveritis nuper, & infraſcriptâ die fuiſſe coram nobis, & in Tribunali noſtro pro parte, & ad inſtantiam Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Gaſparis Turchi Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis perſonaliter comparitum, & expoſitum primo loco aliàs, & ſub die 8. Auguſti 1702. ſeu &c. Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Sylvium de Cavaleriis, tunc R. C. A. prædictæ Commiſſarium Generalem, nobis narraſſe, & expoſuiſſe, quod licèt Principatus Ciſternæ, & Montaphiæ, ac Marchionatus Cortanzæ, & Cortanzerii, illorumque DD. Vaſſalli, & Habitatores, ac omnia bona in Caſtris, & Territoriis dd. feudorum poſita, & exiſten. ſpectarent ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, & ſuper illis, niſi Sancta Sedes, & Summi Pontifices directum, altum, & ſupremum dominium unicè haberent, & ob id DD. dictorum Caſtrorum Feudatarii, & illorum Subditi, & Habitatores, &

Principatus Ciſternæ, & Montaphiæ & Marchionatus Cortanzæ, & Cortanzerii; illorumq; Vaſſalli, & incolæ ſubſunt ſupremo Dominio Sedis Apoſtolicæ.

reſ-

Vexantur ab Officialibus Ducis Sabaudiæ pro ſolutione prætenſarum Taxarum & contributionum.

reſpectivè bona, ut ſupra, ſituata, & exiſten. à nullo alio Principe moleſtari poſſint, cum totaliter Juriſdictioni Sanctæ Sedis, & Summorum Pontificum ſubjacerent, attamen uſque tunc ad notitiam ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ deveniſſe Sereniſſimum Dominum Sabaudiæ Ducem, & Principem Pedemontis, ac illius Celſitudinis Locumtenentes, Miniſtros, & Officiales, quovis nomine nuncupatos, prætendiſſe, & prætendere D. Henrichettam de Trouſa Principiſſam, & poſſeditricem d. Principatus Ciſternæ, ac D. Carolum de Simiana Principem Montaphiæ, ac D. Thomam Roverium Marchionem Cortanzæ, & Cortanzerii Feudatarios Sanctæ Sedis, ac dd. Feudorum habitatores, & Incolas contra omne Juris debitum, & in Sanctæ Sedis præjudicium vexaſſe, perturbaſſe, & ad contribuendum taxas coegiſſe, ac bona in eiſdem Feudis poſita, & exiſtentia gravamine contributionum, & taxarum realium, & perſonalium gravaſſe, & generaliter ita egiſſe, ut dicti Feudatarii Sanctæ Sedis, & dictorum Feudorum Habitatores, & Incolæ ſeſe erga dictum Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ. & Principem Pedemontis, tanquam Celſitudinis ſuæ Subditi, & Vaſſalli ſeſe gererent, ut omnibus oneribus, contributionibus, quibus d. Sereniſſimi Ducis ſubditi ſubjacent, ipſi DD. Sanctæ Sedis Feudatarii ſubjaceant, & iſta de cauſa dictum Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. de Cavaleriis tunc dictæ Cameræ Commiſſarium Generalem, ad effectum juribus Sanctæ Sedis conſulendi, & conſervandi libera, & immunia, & exempta ab omni onere, & gravamine ipſius Sanctæ Sedis, ac propriorum Feudatariorum, & Vaſſallorum bona, cùm hoc eſſet præjudiciale ſupremo, & alto dominio d. Sanctæ Sedis, apud Nos petiiſſe, inſtetiſſe, ut aliquod Præceptum à Nobis concederetur contra eoſdem Dominos Feudatarios, ac illorum Vaſſallos, ſubditos, & dictorum Caſtrorum Habitatores, ne ſub dictorum Feudorum, ac illorum jurium, & pertinentiarum devolutionis, aliiſque pœnis in corpore juris, uſibus Feudorum, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis contentis, & comminatis auderent, ſeu præſumerent prædictum Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, illiuſque Cameram Ducalem in prædictorum Feudorum Dominum directum, & ſupremum recognoſcere, nec ullum actum recognitionis, & ſubjectionis agere, & contribuere, ſeu alia onera ipſis imponen. perſolvere, ac bona omnia inibi exiſten. immunia, & exempta pro Sanctâ Sede conſervare, & à gravaminibus forſan per dictum Sereniſſimum Ducem, illiuſque Miniſtros ſuper dd. Feudis, Habitatoribus, & bonis quomodolibet inferen. appellare, & reclamare, ac eiſdem, & quibus opus fuerit, cenſuras contra turbantes dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare, ac notificare, & denique de nullitate, & de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ proteſtari, & ſuper præmiſſis omnia, quæ neceſſaria forent, gerere, concedere, & relaxare, prout à Nobis ſub dicta die 8. Auguſti 1702. per acta quondam Aſtulphi Galloppi tunc ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ Secretarii petitum Præceptum modo, quo ſupra, conceſſum fuit.

Præceptum præfatis Feudatariis, ac hominibus dictorum locorum injunctum ne DucemSabaudiæ in ſupremum Dominum recognoſcant, nec quidquam agant præjudicium Cameræ Apoſtolicæ.

§. 2. Secundariè etiam narratum extitiſſe, quod licet poſt præſentationem prænarrati Præcepti à Nobis, ut ſupra, relaxati, non ſolùm D. Princeps Montaphiæ, ac ejuſdem loci, & Principatus Communitas, Habitatores, & Incolæ omnia in eodem prænarrato Præcepto ipſis injuncta, & demandata ſervare debebant, verùm etiam Magiſtratus, Locumtenentes, Collectores, & Exactores Taxarum, & alii Officiales quocumque nomine nuncupati d. Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontis à moleſtiis, vexationibus, perturbationibus, & aliis in præjudicium juriſdictionis Sanctæ Sedis, ac illius Feudatariorum, Subditorum, & Vaſſallorum inferendis pariter ſeſe abſtinere debuiſſent, & deberent, attamen non ſolùm à die, quâ dictum noſtrum Præceptum præſentatum fuit, verùm etiam à die 17. menſis Maii 1707., in quâ publicatæ fuerunt literæ Apoſtolicæ Sanctiſſimi D. Noſtri Domini Clementis Papæ XI. ſuper declaratione nullitatis decretorum, ordinationum, & aliorum geſtorum in ditione d. Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, tam ultra, quàm citra montes libertati, immunitati, juriſdictioni Eccleſiaſticæ, atque authoritati Apoſtolicæ præjudicialium, & ut meliùs narratum fuit in eiſdem literis §. *Præterea cum ad retundendas graves &c.* nec non etiam poſt earundem literarum Apoſtolicarum publicationem, quamvis per violentiam, ac præviis proteſtationibus ab ipſis factis, ſolutionem Taxarum, aliaque onera involuntariè ſubierint, & propterea non ſolùm contenta in Præcepto non ſervarunt, immò illis expreſſè contravenerunt, incurrendo pœnas inibi comminatas tam contra d. D. Principem Ciſternæ, quàm etiam contra d. D. Principem Montaphiæ, & dd. Vaſſallos, ne ſub gravioribus pœnis auderent aſſentiri impoſitionibus, noviſque gravaminibus forſan per d. Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ, illiuſque Miniſtros imponen., prout latius conſtat ex eiſdem præceptis à Nobis ſub diebus 24. Julii, & 7. Auguſti 1711. par acta d. quondam Aſtulphi Galloppi expeditis, ad quæ &c.

Principes Ciſternæ, & Montaphiæ, eorumque Vaſſalli ab Officialibus Ducis Sabaudiæ per vim prætenſa onera ſolvere compelluntur.

§. 3. Expoſitum quoque tertio loco per prædictum Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Gaſparem Turchum poſt hæc ad ejus notitiam deveniſſe, etiam Communitatem, Homines, & Habitatores Caſtri Curtanzoni in Comitatu Aſtenſi exiſten. ſub eodem alto, & ſupremo Dominio Sanctæ Sedis fuiſſe de mandato ejuſdem Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, illiuſque Miniſtrorum, eandem Communitatem, Homines, & Vaſſallos variis modis gravatos, & coactos fuiſſe ad ſolutionem Taxarum, Hoſpitationem militum, menſurationes eorum Territorii, aliorumque gravaminum in præjudicium juriſdictionis, & ſupremi Dominii ejuſdem Sanctæ Sedis, & propterea renovationem ejuſdem Præcepti etiam contra prædictas Communitates, Homines, & Habitatores Caſtri Curtanzoni à Nobis petiiſſe, illamque jure ſic ſuadente obtinuiſſe, prout ex hujuſmodi renovatione expedita per eadem acta Galloppi ſub die 17. Octobris 1711. ad quæ &c.

Communitas pariter, & homines Curtanzoni Comitatu Aſtenſi prætenſa onera ſolvere de facto, & vi coacti fuerunt.

§. 4. Noviſſimè verò ad notitiam ejuſdem Illuſtriſſimi D. Commiſſarii Cameræ deveniſſe etiam prædictam Communitatem Ciſternæ ſub eodem alto, & ſupremo dominio Sanctæ Sedis, ut ſupra exiſten., ejuſque Homines, & Habitatores non ſolùm variis modis gravatos, & coactos fuiſſe ad ſolutionem Taxæ nuncupatæ del Taſſo del Sale per dictum Sereniſſimum Dominum Ducem Sabaudiæ, ejuſque Miniſtros, & Officiales annuatim prætenſæ in ſcutis centum duobus auri, demandando ſub prætextu ſolutionis annuæ recognitionis per dictam Communitatem Ciſternæ uſque, & ſub die 9. Octobris 1681. in dupplis viginti octo monetæ Hiſpaniarum ex causâ libertatis commercii, & tranſitus victualium in vim Inſtrumenti concordiæ cum Civitate Taurinen., ſive ejus Advocato Patrimoniali Fiſcali generali carcerationem Michaelis Angeli Barocchi, & Philippi Mò habitatorum Ciſternæ ſequutam in dicta Civitate Taurinen. ſub diebus 16., & 20. Martii proximè præteriti, pro quorum excarceratione coactam fuiſſe d. Communitatem Ciſternæ perſolvere in manibus Domini Aymi Ferrerii Conſiliarii, & Theſaurarii

Referuntur aliæ vexationes illatæ Communitati, & hominibus Ciſternæ ab Officialibus Ducis Sabaudiæ.

Generalis d. Sereniſſimi Domini Ducis Sabaudiæ libras biſmille, & quingentas argenti, quæ licèt per eandem Communitatem ſolutæ fuerint ex causâ ſupradictæ annuæ recognitionis, & causâ libertatis commercii ejus Graſciarum, & in vim enunciati Inſtrumenti Concordiæ, ut ſupra, ſtipulati d. die 9. Octobris 1681. nihilominus prædictus D. Aymus Ferrerius Theſaurarius Generalis quietantiam in computum ſupradicti prætenſi Datii del Taſſo facere voluit, reluctantibus licèt, & diſſentientibus prædictâ Communitate, & Hominibus: verùm etiam Deputatis, & Officialibus ejuſdem Communitatis Ciſternæ fuiſſe per dictum Theſaurarium Generalem, alioſque Miniſtros d. Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ injunctum Præceptum, quatenus infra quadraginta dies ex tunc proximos ſupplicem libellum pro obtinendâ compoſitione à d. Sereniſſimo Duce ſuper ſolutione annua d. Datii del Taſſo exhibere debeant. Et licèt Communitas, & Homines, & habitatores dicti loci Ciſternæ in eorum publico Concilio ad hoc ſpecialiter celebrato ſub die 8. Aprilis proximè præteriti proteſtati fuerint de nullitate geſtorum per dd. Miniſtros d. Sereniſſ. D. Ducis Sabaudiæ tam circa carcerationem dd. Michaelis Angeli Barocchi, & Philippi Mò, quàm circa prætenſam ſolutionem coactè factam, & per dictum Theſaurarium Generalem receptam in computum ſupradicti prætenſi Datii del Taſſo; & non in cauſam d. tranſactionis, & concordiæ, ut ſupra, initæ, cùm Communitas prædicta, ejuſque Habitatores, & Incolæ exiſtant ſub alto, & ſupremo dominio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & propterea à nullo alio Principe moleſtari poſſint, minuſque taxas, pedagia, & gabellas ab eis exigere, prout ex dd. proteſtationibus ut ſupra emiſſis, & per dictum Illuſtriſſimum Dominum Commiſſarium Cameræ in actis infraſcripti Secretarii ſub infraſcriptâ die productis, ad quæ &c. nihilominus fuimus ex parte ejuſdem Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Gaſparis Turchi d. Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis requiſiti, quatenus renovationem antedicti Præcepti etiam contra prædictos Communitatem, Homines, & Habitatores Ciſternæ concedere, ac renovare vel dignaremur. Nos itaque attendentes petitionem à d. Illuſtriſſimo D. Commiſſario Cameræ factam ad effectum tuendi juriſdictionem, ac ſupremum dominium Sanctæ Sedis, eſſe juſtam, & omni rationi conſonam, renovationem prædicti Præcepti facien. & ut infra, concedendam fore, & eſſe duximus, prout de præſenti concedimus, renovamus, & omninò ſervari mandamus per præſentes.

§. 4. Quo circa de mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Clementis Divinâ providentia Papæ XI. vivæ vocis oraculo nobis deſuper facto, & authoritate noſtri Camerariatus Officii, inhærentes, ut ſupra, narratis literis Apoſtolicis Sanctitatis Suæ ſuper dd. nullitate actorum, & cenſuris d. die 17. Maii 1707. publicatis, tenore præſentium, & in virtute ſanctæ obedientiæ Vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum, ac cui, ſeu quibus præſentes noſtræ oſtenſæ, ſeu præſentatæ fuerint, committimus, & ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtrâ, immo veriùs Apoſtolicâ authoritate, ſub excommunicationis, & Interdicti, ac aliis arbitrio Sanctitatis Suæ pœnis ipſo facto, & ipſo jure incurren. debeatis, & quilibet veſtrum debeat prædictos Communitatem, Homines, Incolas, & Habitatores d. loci Ciſternæ, ac ejuſdem Communitatis publicos Repræſentantes, Miniſtros, & Officiales perſonaliter, ſi eorum perſonas commodè habere poteritis, ſin minùs per affixionem præſentium noſtrarum literarum ad valvas majoris Eccleſiæ dicti loci, denuò, & prout etiam aliàs factum fuit, monuiſſe, & præceptaſſe, prout nos etiam in virtute Sanctæ obedientiæ, & de Sanctitatis Suæ ordine, & mandato Communitatem prædictam, ejusque Miniſtros d. loci Ciſternæ Incolas, & alios in exequutione præſentium nominan. & cognominan. præceptamus, monemus, & interpellamus, ac præceptari, moneri, & interpellari mandamus, ne ſub d. loci, illiuſque membrorum, & pertinentiarum quarumcumque devolutionis, & aliis pœnis in corpore juris, & uſibus Feudorum, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis contentis, & comminatis audeant, ſeu præſumant, aut eorum aliquis audeat, ſeu præſumat prædictum Sereniſſ. D. Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, illiuſque Cameram Ducalem in prædicti loci Dominum directum, & ſupremum recognoſcere, nec ullum actum recognitionis, & ſubjectionis agere, minùſque contributiones, ac alia onera, & ſignanter ſupradictum datium del Taſſo ipſis imponenda perſolvere, ſeu perſolvi facere, minuſque compoſitionem aliquam ſuper ſolutione d. datii del Taſſo à d. Sereniſſimo D. Duce, ejuſque Officialibus, & Miniſtris petere, ſeu impetrare, aut peti, ſeu impetrari facere, immò eamdem Communitatem, ejuſque Miniſtros, alioſque in exequutione præſentium nominandos monemus, ac eiſdem ſub jam dd. pœnis modo prædicto præcipimus, & mandamus, ut dictum locum Ciſternæ, illiuſque Incolas habitatores, ac bona omnia inibi exiſten. immunes, & immunia, liberos, & libera, & in omnibus exemptos, & exempta pro Sanctâ Sede conſervare, & conſervari facere, & à gravaminibus forſan per dictum Sereniſſimum D. Ducem, illiuſque DD. Miniſtros ſuper de Feudo, Habitatoribus, & bonis quomodolibet imponen. appellare, & reclamare, & eiſdem, & quibus opus fuerit, cenſuras contra turbantes dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare, ac nòtificare, ac denique de nullitate, ac de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ proteſtari, & ſuper præmiſſis omnia, quæ neceſſaria fuerint, gerere & exequutioni demandare, ut jura Sanctæ Sedis illæſa, intacta, & immunia penitùs, & omninò remaneant, non ſolùm &c. ſed & omni &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Camerâ Apoſtolicâ hac die 23. Maii 1716.

Novum Præceptum injunctum Communitati, & hominibus Ciſternæ, ne Ducem Sabaudiæ in ſupremum Dominum recognoſcant, nec illi ullas Taxas perſolvant.

Jo. Baptiſta Card. Camerarius.

Dominicus Antonius Galloſius &c.

RENOVATIO VIII.

Conſimilis Præcepti aliàs injuncti Communitati, & Hominibus Cortanzæ; & Declaratio nullitatis cujuſdam Memorialis ſub nomine d. Communitatis præſentati Sereniſſimo D. Duci Sabaudiæ.

Joannes Baptiſta &c.

Omittitur narrativa, quæ eadem eſt, ac relata in proximè enunciato Præcepto.

§. 1. NOviſſimè verò ad notitiam ejuſdem Illuſtriſſimi Domini Commiſſarii Cameræ deveniſſe etiam prædictam Communitatem Cortanzæ Aſten. Diœceſis ſub eodem alto Dominio Sanctæ Sedis, ut ſupra exiſten. ejuſque Homines, & Habitatores iterum variis modis gravari, & cogi ad ſolutionem taxæ

Referuntur vexationes ab Officialibus Ducis Sabaudiæ illatæ Communitati, & Hominibus Cortanzæ Aſten. Diœceſis.

nun-